

- 245 tem <MCC>LXV Karolus venit in Italiam cum militia Gallicana et<sup>y</sup>  
comitatus Provincie, vadit contra Manfredum et ipsum vincit et in bello  
occidit totumque exercitum Theotonicorum ad nihilum deducit; sicque  
ecclesiam in libertatem suam reponit totumque regnum pacifice possi-  
det restitutis principibus in suum gradum<sup>70</sup>. Anno autem Domini MC-  
250 CLXVIII venit Conradinus filius regis Conradi<sup>z</sup> contra regem Karolum  
asserens dictum regnum ad se<sup>a</sup> pertinere<sup>71</sup>. Sed rex Karolus cum favore  
ecclesie et<sup>b</sup> mandato pugnat<sup>c</sup> contra ipsum et ipsum in bello devincit ac  
postea captum ipsum decapitari mandavit<sup>72</sup>. Patet igitur ex iam dictis,  
quale ius obtinet ecclesia in regno Apulie, et quod imperator nullum ius  
255 habet ibidem ex<sup>d</sup> tribus titulis allegatis. Restat<sup>e</sup> quartum introducere,  
quamvis sufficiant supradicti.

#### Quartus titulus super eadem questione

- Quartus titulus, unde ecclesia<sup>f</sup> regni<sup>g</sup> Apulie merum habet<sup>h</sup> dominium,  
est ratio sue potestatis et auctoritatis. Duplici enim ratione competit  
260 sibi<sup>i</sup> preeminencia super omne dominium: Una provenit iure divino,  
quia summus pontifex illius vices gerit, qui dicit Matthei ultimo: *Data  
est mihi omnis potestas in celo et in terra, quod ad humanitatem refert  
beatus Ieronimus* ibidem<sup>73</sup>, quam auctoritatem accepimus ex qua-

---

y) *fehlt P*      z) Curradini V<sub>3</sub>.      a) ipsum P      b) *erg.*: in V<sub>3</sub> R.      c) pugnavit  
V<sub>3</sub>.      d) et R.      e) *erg.*: quam (?) V<sub>3</sub>.      f) *fehlt* V<sub>2</sub> etiam R.      g) *fehlt*  
V<sub>1</sub> R L regnum V<sub>2</sub>.      h) habeat V<sub>2</sub>.      i) *erg.*: pro P

---

70) Vgl. *Annales* (wie Anm. 3) S. 152 Z. 29 - S. 154 Z. 25 und *Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) XXII 31f, S. 571f

71) *Annales* (wie Anm. 3) (B) S. 158 Z. 9-16. Vgl. *Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) XXII 34, S. 574 Z. 10ff.

72) Vgl. *Annales* (wie Anm. 3) (B) S. 162 Z. 12-24 und *Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) XXII 37, S. 576f

73) Tholomeus, *De regimine principum* III 12, Sancti Thomae de Aquino *De regno ad regem Cypri* / Ptolomaei Lucensis Continuatio S. Thomae *De regno*. Textum Taurini 1954 editum ac automato translutum a Roberto BUSA SJ in taenias magneticas denuo recognovit Enrique ALARCÓN atque instruxit, *Corpus Thomisticum* <http://www.corpusthomisticum.org/>, nach Matth. 28,18; Hieronymus, *Commentarium in evangelium Matthaei ad Eusebium libri IV*, in Matth. 28,18, Saint Jérôme, *Commentaire sur St. Matthieu*, hg. von Emile BONNARD (*Sources Chrétiennes* 259, 1979) S. 316. Z. 263-305 stimmen weitgehend mit *Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) I 8, 10f, S. 14 Z. 29 - S. 15 Z. 2, S. 15 Z. 26 - S. 17 Z. 16 überein.